

ASCONIVS IN MILONIANAM

Orationem hanc dixit Cn. Pompeio III cos. a. d. VII Id. April. Quod iudicium cum ageretur, exercitum in foro et in omnibus templis quae circum forum sunt collocatum a Cn. Pompeio fuisse *non* tantum ex oratione et annalibus, sed etiam ex libro apparet qui Ciceronis nomine inscribitur 5 de optimo genere oratorum.

ARGVMENTVM HOC EST

T. Annius Milo et P. Plautius Hypsaeus et Q. Metellus Scipio consulatum petierunt non solum largitione palam profusa sed etiam factionibus armatorum succincti. Miloni 10 et Clodio summae erant inimicitiae, quod et Milo Ciceronis erat amicissimus in reducendoque eo enixe operam tr. pl. dederat, et P. Clodius restituto quoque Ciceroni erat infestissimus ideoque summe studebat Hypsaeo et Scipioni contra Milonem. Ac saepe inter se Milo et Clodius cum 15 suis factionibus Romae depugnauerant: et erant uterque audacia pares, sed Milo pro melioribus partibus stabat. Praeterea in eundem annum consulatum Milo, Clodius praeturam petebat, quam debilem futuram consule Milone intellegebat. Deinde cum diu tracta essent comitia 20
27 consularia perficique ob eas ipsas perditas candidatorum

Tit. PRO M. SCAVRO FINIS INCIPIT PRO MILONE SP: om. M 1 ora-
tionem *add. hoc loco Stangl, post hanc KS* VII scripsi: VI Σ 3
omnibus in P 4 non *Poggius, Sozomenus: om. Σ* ex ea
ratione Σ, *corr. Manutius* 5 describitur S 8 T. *add. Manutius*
hypseus M: hyphaeus S: hipseus P 11 quod] q. d. S 12
tr. pl. *Rinkes: rei p. Σ* 13 quoque S: que P: om. M 16 erat
Σ, *corr. 5, Baier* 17 parę P (*teste Skutsch*)